

PRAEFATIO.

& profanarum antiquitatum imbuendi studium, nisi ab imperitis & leuiter doctis, hoc minus vertetur vitio, quo fui ad perquirendos errorum fontes, ac περὶ ταῖς Ψέυδη detegenda curiosior.

Quam vellem autem, & expectationi meae, & suo officio satisfecissent, quos adhibui, amanuenses! Sed industriam eorum adeo praestare non possum, vt etiam in multis ipse cogar requirere. Illud quidem excusatius peccatum habeo, quod aliquando diuersissima docentium libros, siue quod vnam causam tractantes alter alterum confutasset, siue quod idem sentire vulgo crederentur, in eundem communem locum coniecerunt, ac praeterea aliquot millia libellorum, qui se in medio aut fine voluminum obuios dabant, ne in nimiam molem ex crescere catalogus, omnino praetereuntes, nominarunt tamen significans vulgaria quaedam opera, sed quibus systema sacrorum studiorum, & ἀνθρωπία theologica βιβλιοπαντεύλλεκτος hoc minus poterant caruisse, quo exploratius est, bibliothecarum pretium non ex singulorum librorum aestimatione existere, sed